1175 Constructor claruit eximius. Eius prece et studio duo sancti ordines, Cisterciensis videlicet et Premonstratensis, venerunt in terram istam, quibus tamquam sole et luna irradiata est Boemia. Ipse montem Ztragow mutavit in montem Sion et de spelunca latronum faciens Matth. 21,13 domum orationis erexit ibi talem fabricam, cui vix similis invenitur in ordine nostro.[1] Construxit et aliam ordini nostro domum in Doxan,[2] locans ibi religiosas feminas, quas de Dunewald[3] Coloniensis diocesis adduci fecerat. Tertiam in Plaz[4] griseo ordini, quartam in Teplicz religiosis item feminis regulam beati Benedicti professis, cuius ecclesiae specialiter regina Iudith fundatrix extitit;[5] quintam in Lutomisl. Cuius exemplo succensi et alii primatis Boemiae simili fervebant ardore fundantes et ipsi honestissimas ecclesias, quas brevitatis causa transeo, quarum omnium cooperator sicut suarum operator fidelissimus existebat. Pro his et aliis operibus misericordiae

1) vgl. Vinzenz oben S. 6

2) Doxan, vgl. oben S. 24

3) Dünnwald, Prämonstratenserinnenkloster, gegründet von Steinfeld.

4) Zisterzienserkloster Plass bei Pilsen, Tochter von Langheim, gegründet 1145.

5) S. Vinzenz, oben S. 3